Fragmentarium

83. C. 24

[...]ans eius folis manow[...]

[...] virtute anime volentis corpus xpi glorificatum
[...]i virtute divina et virtute anime glorificate
[...] corpus pro ut vult. et gl. congruum fuit sua ascensio
: sic glosa. Secunda congruitas est dilacionis. congruum enim magna
fuit quod tristius differret suam ascensionem post resurreccionem
usque ad quadraginta dies principue propter quinque. Primo quidem
propter fidei confirmacionem. Secundo propter discipulorum consolacionem
Tercio propter nostram instruccionem. Quarto propter figure
impletionem. Quinto propter numeri quadragenarii
consecracionem. Primo quidem propter fidei confirmacionem
scilicet de sua resurreccione vera. Unde leo papa pro ome
tempus quod ~~in~~ inter resurreccionem domini et ascensionem
eius occurit est. hoc providencia dei curavit
hoc docuit ut dominus ihesus xpus vere cognosceretur
resuscitatus qui vere erat natus passus et mortuus
Merito autem plus fuit dilatata ascensio domini quam resurreccio quia
difficilius erat probare veritatem resurreccionis quam mortis. de ter-
tia enim die usque ad terciam poterat probari mors xpi.
Sed ad veram resurreccionem probandam requirebantur plures dies
actuum i. quibus et prebuit seipsum vivum post passionem
suam in multis argumentis. Secundo propter discipulorum
consolacionem quia dierum consolacionis super habundant
tribulacionibus sed tempus illud ante resurreccionem fuit tempus
tribulacionis discipulorum tempus autem inter resurreccionem
et ascensionem fuit tempus consolacionis eorum. sed quia
ex scriptura hoc tempus tribulacionis erat ad dies
consolacionis sicut hora ad diem et equus(?) ita illius. et.

License: cc-by – Cluj-Napoca, Biblioteca Academiei Române, Inc. C.51, Front_pastedown – Sermo in Ascensionem Domini? (https://fragmentarium.ms/view/page/F-y26d/12145/86837)